FORIPOMPI-
LIENSIS
IVRISDICTIO-
NIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

FORIPOMPILIEÑ.

IVRISDICTIO.

DEDVCTA contra POMPILII Ciuitatem facili negotio tolluntur, quia in facto minuſque in Iure conſiſtunt, & ex modica facti variatione totum Ius variatur. *L. ea natura ff. de reg. iur. vbi Doc. Cocin. dec. 77. n. 10. Greg. de. 115. n. 8. & dec. 470. n. 91.*

Non conſiſtunt in facto, cum Ciuitas Foripompilij ſit antiqua, vt ſcribit Carinus Hiſtoricus Græcus a Leandro relatus, nominis vetuſti, Blondus, Nobilis Hieronymus Rubeus, Illuſtris Sanſouinus, a Reuerendiſſ. Fabro, a Paolo Diacono in geſtis Longobardorum lib. 10. cap. 5., a Corio in Mediolanen. Anal. p. par. car. 38. a Petro Meſſia in vita Ludouici primi Imperatoris, fol. 649. necnon a Io: Sleidano de quattuor Summis Imperijs optimè comprobatur.

Coloniaque Romanorum fuit, vt infraſcriptæ marmoreæ litteræ, & aliæ probant, cum agatur de re antiqua, *DD. in L. p. in princ. ff. ſi cert. pet. Sirus ad Clemẽ.* 8. *Sum. Pont. Barez. prop. nom. fol.* 492.

MATRI
IN FOR. P. XV.
IN AGR. P. √

Gelius verò ſcribit, Colonias fuiſſe Ciuitates ex Ciuitate Romana quodamodo propagatas, & Sigonius addit; *Igitur Populus Romanus Ciues ſuos ad incolendum deduxit, vt emeriti Milites in Agros deducerentur, qua*

 Mili-

Grat. diſcep. 875. n. 31. cap. 876. n. 12. cap. 859. n. 10.
Leãd. Al. Romagn. fol. 275. & ſeq.
Blõd. Rõ. triũph. reg. 6. c. 345 Dec. 1. li. 9. c. 130.
Sanſ. f. 42. 43. 44.
Rub. Hiſt. Rau. fol. 340.
Fabe. mẽ. ſacr. Rau. p. p. f. 80.
Sirrus in ſua relat. ad Clem. VIII.

Sub Xiſto Palatij Publici Põpil.

C. Sigon. de ant. Iur. Ital. c. 2. f. 215. 216. li. 3. cap. 43. c. 269. cap. 4. c. 278.

Digitized by Google

Militares inde Coloniæ ſunt appellatæ. Inter veras Colonias fuit deſcripta Ciuitas Foripompilij præcipua occaſione Inſignis Victoriæ a Gaio Popilio contra Ligures conſecutæ; propterea Sextus Frontinus de Colonijs Romanorum ita ſe exprimit: *Forum Populi muro ductū iter Populo non debetur Pedes XV. limitibus Auguſteis. Ager eius in Iugeribus eſt aſſignatus, nam poſtea Imperator Veſpeſianus Lege ſua Agrum cenſeri iuſſit.*

Idē Sigon. lib. 3. cap. 4. c. 279.

In Ciuitate Soræ fuit facta agrorum diſtributio in pedes quindecim, quod plenè Alorij in duodecim tantum fuit obſeruatum, teſte Frontino, necnon comprobatum a Sigonio. Franciſcus verò Scotus in ſuo Itinerario ita eloquitur: *Habet Flaminia ipſa Forum Pompilij (Forlimpopoli)* & Philippus Cluuerus in ſua antiqua Italia his verbis teſtatur: *Adparet Antiquum id eſſe Forum Popilij*: Ad tollendam verò omnem dubitationem æquiuoci huius nominis eruditus Bauer in ſuis correctionibus Plinianis Lectorem admonet affirmans reperiri in vero, ac legitimo Plinij textu hæc formalia verba, nempe *Forumpompilij, & aliquando Forum Popilij, ſenza (m) in altra forma eſſer diuario dalla verità.*

Leandr. Gal. Tog. c. 273.

Forum Populi fuit aliquando appellatum propter multiplicitatem incolarum, & Populi; Quamuis hodie appelletur vulgari ſermone, *Forlimpopoli*, nihil afficit dum ſecundum ea, quæ referuntur per Io: Baptiſtam Pignam optimè dignoſcitur præiudicium illatum vocibus latinis propter vaſtationem Italiæ factam a Barbaris; quamobrem Forum Julij vocatum fuit, *Friullo*, Forum Liuij, *Forlì*; Forum verò Pompilij, *Forlimpopoli*.

Io. Bapt. Pig. Hiſt. Princip. Ateſt. lib. 3. c. 158.

Lapis verò m[illegible]mo[illegible]eus, in quo ſcriptum eſt MATRI incompta interpretatione intelligitur a quibuſdam, dū ipſum verbum relationem habet Iſidi, ſicut declarat alter Lapis marmoreus Fuloniæ erectus, & pariter exiſtēs ſub Ambulacro publici Palatij, ratio verò eſt, quia illis

tempo-

Digitized by Google

temporibus iidem venerabantur tanquam Deorum Matrem, necnon genij, ac naturæ, prout optimè teſtimonium perhibent Seruius, Macrobius, & Vincentius Cartarius. Vinc. Cartar. de Imag. Deor. antiq. fol. 260.

Verbum FOR. quod cum puncto breuefactum eſt in dicto Marmore, ſignificat, ac denotat, Forum, prout optimè exponit, & declarat Valerius Probus de Notis Romanorum; quæſo cum habemus illimen fontem nolimus quærere riuulum, quia in claris non datur coniectura, nec interpretatio aliqua, niſi calumnioſa; ſcio, quod propè intelligor, pro Eruditis, & Virtute præditis ſcripſi, pauca intelligenti, & tanto magis, quod non dicit ſcriptura, nec nos dicere debemus, & quod Inſtrumentum non cantat, nec nos cantare debemus, *Gregor. dec. 90. n. 4. Caualc. dec. 21. n. 34.* Rot. apud Pacif. de ſalu. inter. dec. 9. n. 3.

Scribit Iſidorus a Sigonio relatus de antiquo Iure Italiæ, *Oppidum Caſtellum eſſe loco altiſſimo ſitum, quaſi Caſam altam, ſiue, quod caſtrametabantur ibi milites licentia habitantiũ, ne poſtea vagarentur*: Quæ definitio Foropompilio non conuenit, dum Forumpompilij ornatum fuit Epiſcopali Dignitate in primitiua Eccleſia a Diuo Apollinari, prout aſſerunt Rubeus, & Mita, quod poſtea relinqueret in ſuo loco Pompilium vnum ex ſexaginta Diſcipulis Domini noſtri Ieſu Chriſti, proſequitur Cronica Zampeſca, & alij. Car. Sig. de antiq. Iur. Ital l. 2. cap. p. fol. 214. Rub Hiſt. Rau. li. 1. car. 25. Mita in Vita S. Petri Griſol. in princ. §. 2 fol. 2.

Tempus verò, variatio fortunæ, Incendium, ac Bella huius nominis certitudinem obſcurauere, prout ſcribit Mita Imolæ eueniſſe, & Brianus Mutinæ; in alijs verò locis non deſunt Scribentes Diuum Ruphillum fuiſſe vnum ex ſeptuaginta Epiſcopis a S. Siluestro creatis, quod ſatis comparatur cum exiſtentia illorum temporum; vnde Ciacconus; *Certum eſt enim, & indubitatum, quod ipſe fuit Epiſcopus Ciuitatis Foripompilij miraculis clarus, & ſepultus eſt in Eccleſia ſua.* Hier. Briã Hiſt. Ital. lib. 4. p. p. car. 360. Crõ. Zãp. l. p. fol. 16. Alph. Cia. in vita S. Siluef. an. 253. ad fi. p. p.

Digitized by Google

Petr. de Natal. lib. 6. car. 253 & 385. Rub. Hiſt. Rau. li. 2. an. 406. & 65. in pre. Ant. Rau. F. Honor. Crõ Rau. Leand. Ital. Romag. car. 274. Vizan. Hiſt. Bonõ. lib. 5. car. 216.

Sed Abbatia S. Ruphilli Titulum habet inſignem, necnõ exercet Iuriſdictionem Spiritualem, ac Epiſcopalem; de hoc verò Beato Antiſtite plenè ſcribunt Petrus de Natalibus in Catalogo SS. lib. 6. de menſe Iulij cap. 131. fol. 259. & in Vita S. Gaudentij Epiſcopi Ariminenſis, S. Petrus Damianus in Vita S. Mauri, & in eius Sermone ab Vghellio deſcripto de Epiſcopo Pompilienſi, & Bertinorienſi in ſua Ital. Sac. Part. 2. Præterea item extant plures Eccleſiæ dicto S. Ruphillo Epiſcopo Pompilienſi dicatæ intus Florentiam, propè Bononiam, Imolam, Meldolã, & alibi, quæ illius Sanctitatem teſtantur.

Canon. Antõ. antiq. Sarſ. cap. 8. fol. 77. Vghel. Ital. ſac p. 2. de Epiſ. Pomp. & Brittinor.

Meritò non Caſtellum, vt exaduersò eroneè deſcribitur, ſed Ciuitas magna, & nobilis nuncupanda eſt, vt ſcribit Clemens Papa in epiſt. 1. ad Iacobum ex S. Petri documento: ne in Caſtellis, aut modicis Ciuitatibus inſtituerentur Epiſcopi, ne vileſceret eorum nomẽ, vt in Decret. a Greg. XIII. emendatum diſt. 8. cap. 2. 3. 5. cap. Epiſcopi, vbi Gloſ. ſubiungit, *In Ciuitatibus, quæ etiam ſint magnæ, & non paruæ*. Erat enim Ciuitas Foripompilij tam magna, quod ipſa dominabatur Bertinorium, & multas alias Terras, & Caſtra, quæ exiſtebant in eius Territorio, cum in principio fuerit datum cuilibet Epiſcopo in Spiritualibus omne id, quod quælibet Ciuitas in Temporalibus poſſidebat: vt teſtificantur Borgninus de origine Florentiæ; & Canonicus Antoninus in ſua antiqua Sarſina.

Quod autem Bertinorium, & aliæ Terræ eſſent in Territorio, & ſub Dominio, & Diœceſi Foripompilij, ex libro antiquo Epiſcopali probatur, dum ex eo recoligitur, quod de mandato Domini Vgolini Epiſcopi Foripompilien. ob non ſolutas penſiones Illuſtriſſ. D. Aymerico Card. S. Martini in Montibus Legato de anno 1344. Indict. duodecima, 11. Aprilis inter Miſſarum ſolemnia ſono campanę præmiſſo, Io: & Mattheus de Clarutijs

rutijs Britinorienſes Rectores S. Martini de Caſtro nouo, Maliani, Theodorani, Hoſpitalis de Meldola, de Caſtizzano excommunicati, ac denuntiati fuere.

Nec aliquid afficiunt exaduerſo in principio deducta, & olim pro Ciuitate Pompilien. replicata, tum etiam, quia tanquam verba enunciatiua inter abſentes prolata, nec probationem, nec præſumptionem aliquam inducũt *L. epiſtola in princ ff. de pactis, & in L. non nudis, C. de probationib. Pap. in for. ſent. def. Gloſ. n. 7. fol. 101. Cabalin. in Conſt. Aegid. Gloſ. Inſtrumentum n. 8. 9 fol. 325.*

Et Valerianus Imperator ad fauorem Rauennatenſis Eccleſiæ ita ſcripſit, *Conſtituimus ſub Dictione Sacroſãctæ Eccleſiæ Ordinationes Aemiliæ noſtræ Prouinciæ Ciuitatum omnium Deo amabilium Epiſcoporũ creationes, ideſt Sarſinæ, Forumpompilij, Foriliuij, Cæſenæ, &c.* Rub. Hiſt. lib. 2. an. 406. car. 297.

Quapropter etiam viuentes Domini Zampeſchi Forumpompilium inter Ciuitates Illuſtriores, ac Nobiliores Italiæ deſcribitur præcipuè a Rubeo, a Blondo, ac Ruſcellio; vnde exaduerſo oppoſitum non probat illud eſſe, quod ab illo contigit abeſſe, *cap. in præſentia de probat. Ciarl. cont. iur. p. p. cap. 66. n. 6.*

Et ex ſequentibus Litteris Iulij Secundi omnis amaritudo tollitur, & veritas denudata extollitur.

I*VLIVS PP. Secundus. Dilecto filio Ioanni electo Britinorien. ac Foripompilien. Salutem. Apoſtolatus Offitium quanquam inſufficientibus meritis Nobis ex Alto cõmiſſum, quo Eccleſiarum omnium regiminum Diuina diſpoſitione præſidimus vtiliter exequi coadiuuante Domino cupientes ſoliciti corde reddimur, & ſolertes, vt cum illarum regiminibus agitur, qui Gregem Dominicũ ſua Curæ cõmiſſum ſcient non ſolum verbi Doctrina, ſed etiam boni operis exemplo informare, & ſibi cõmiſſas Eccleſias velint, & valeant dante Domino ſalubriter regere, & feliciter*

citer

citer gubernare. Dudum ſiquidem prouiſionem omnium Eccleſiarum apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantium, & in antea vacatarum diſpoſitioni noſtræ reſeruauimus, decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quocunque, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cõtigerit attentari, & deinde Eccleſia Britinorien., & Foripompilien. ex qua Nos nuper Ven. Fratrem noſtrum Iulianum electum Raguſen. tunc Epiſcopum a vinculo, quo eid. Eccleſiæ, cui tunc præerat tenebatur, de Fratrum noſtrorũ Conſilio, & Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine abſoluentes, eum ad Eccleſiam Raguſen. tunc certo modo Paſtore carente de ſimili conſilio Apoſtolica Auctoritate tranſtulimus, ipſumque illi præficimus in Archiepiſcopum, & Paſtorem Curam, & adminiſtrationem d. Eccleſiæ Raguſen. ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè cõmittendo apud Sedem eandem Paſtoris regimine deſtituta. Nos ad prouiſionis ipſius Eccleſiæ Britinorien., & Foripompilien.... & Felicem, de qua nullus præter Nos hac vice ſe intromittere potuit, ſiue poteſt reſeruatione, &c. Decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne d. Eccleſia Britinorien., & Foripompilien. perſonam vtilem etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuerimus diligentiam, demum ad ſe Rectorem Plebanum Parochialis Eccleſiæ Plebis nuncupatum S. Petri Britinorien, & Foripompilien. Cubicularem, & Familiarem noſtrum, continuum Comenſalem, Decretorum Doctorem, in Præsbyteratus ordine conſtitutum, vitæ, & morum honeſtate decoratum, in ſpiritualibus prouidentia, &c. temporalibus circumſpectione, alijsque multiplicum virtutum donis, prout fide dignorum teſtimonium accepimus inſignitum duximus, oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis de perſona tua Nobis, &c. eiſdem Fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum acceptam, eid. Eccleſiæ Britinorien., & Foripompilien. de dd. Fratrũ conſilio, & prudentia, auctoritate Apoſt. prouidemus. Te-

que

que illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, Curam, & adminiſtrationem Eccleſiæ Britinorien:, & Foripompilien. tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenè cõmittendo in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod de d. Eccleſia Britinorien:, & Foripompilien. ſub tuo felici Regimine, gratia tibi aſſiſtente Diuina, proſperè dirigere, ac gratiæ in eiſd. ſpiritualibus ſuſcipiat incrementa. Iugum igitur Domini tuis impoſitum humeris proponimus deuotioni ſuſcipiens curam, & adminiſtrationem prædictam ſic exercere ſtudeas ſoliciti fideliter, & prudenter, quod ipſam Eccleſiam Britinorien., & Foripompilien. gubernari prouido, ac fructuoſo Adminiſtratori gaudeant ſe cõmiſſam. Inſuper pariter retributionis præmium, noſtram, & d. Sedis Benedictionem, gratiam exinde vberius conſequi merearis. Dat. Romæ apud S. Petrum A. 1505. xiiij. kal Maij, Pont. noſtri anno ſecundo.

Deinde ſequitur ſequens Bulla.

I*VLIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabili Patri Ioanni Ruffo Epiſcopo Britinorien., & Foripompilien. ad Iſpaniam, ad vniuerſa, & ſingula Regna, Prouincias, & Terras, & loca cariſſimis in Chriſto filijs Ferdinando Aragonium, ac Philippæ, & cariſſimæ in Xp̃o filiæ noſtræ Caſtellæ Reginæ, Siciliæ, & Granatæ Regibus Catholicis ſubiecta, modo, & Apoſtolico Sedis Nuntio, & Collectori ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1505. nono kal: Aprilis, Pont. noſtri anno tertio.*

NOS Michael Bariſanus de Bertinorio Decret. Doct. Reuerendiſſ. in Xp̃o Patris D. Io: Ruffi de Theodolis de Foroliuio Epiſcopi Britinorien., & Foripompilien Vicarius, &c. Cum Nobis pro parte Conuentus Eccleſiæ Ven. Fratrum S. Mariæ Seruorum de Obſeruantia Ordinis S. Auguſtini Ciuitatis Foripompilij ſupplicatum fuerit dd. Fratres, &c. velle eorum Conuentum, Eccleſiam, & Domos eiuſdẽ in d.

Digitized by Google

Ciuitate Foripompilij erigere, ampliare, & magnificare, cũ iuxta Eccleſiam, & locum dd. Fratrum fuerit, & ſit Aedificium Hoſpitalis Societatis Batutorum nigrorum de Foropompilio, & neceſſe ſit dd. Fratribus habere locum, &c. omiſſis, &c. Vnde Nos attendentes prædicta tendere in honorem, & ampliationem d. Conuentus, ac Diuini cultus, tenore præſentium, Hominibus, Prioribus, ac Sindicis accedente conſenſu maioris partis d. Societatis concedimus authoritatem, licentiam dandi, permutandi d. ædificium, &c. cum hoc, quod in compenſationem ædificij d. Hoſpitalis idoneè caueant, & promittant dare, &c. & effectualiter conſignare d. Societati, & Hominibus d. Hoſpitalis in dicta Ciuitate Foripompilij vnum aliud Aedificium, &c. In fidẽ præmiſſorum, &c. Dat. Britinorij 1505. die 26. Iulij.

Ego idem Michael Vicarius vt ſupra prædictam authoritatem dd. Hominibus, & Prioribus, & Sindicis talem permutationem, vt ſup. concedo, ſaluis, & firmis Iuribus Reuerẽdiſſimi D. Epi Britinorien., & Foripompilien. Balthaſſar Traſighettus Cancellarius.

IN Anno 1505. Indict. 8. Tempore Pontificatus SS. in Xpo Patris D. N. D. Iulij Diuina Prouidentia PP. II. die verò 6. Septemb. Coram Ven. Viro D. Paſino Petri Capellani Clerici Britinorien. Procuratore Reuerendiſſ. D. Iuliani de Vulterijs Archiepiſc. Raguſen., necnon me Notario, ac Teſtibus infraſcrip. vlt. Ven. Viro D. Michaeli Bariſano, ac D. Petro Maria Rubeo Canonico Britinorien., ac Magnificis Viris D. Alexandro de Saxis, ac D. Rinaldo de Fabris Ciuibus Britinorienſib. exiſtentibus in Domo prælibati D. Reuerendiſſ. Archiepiſcopi poſita in Ciuitate Bertinorij, ac Foripompilij, &c. & ſaluis alijs lateribus, &c.

Magn. & generoſus Vir D. Antonius de Theodolis Ciuis Foroliuien. vti Procurator, & procuratorio nomine d. Reuerendiſſ. Patris Ruffi ſui filij Epiſcopi Britinorien., & Foripompilien., & d. nomine præſentauit D. Paſino Procuratori an-

ri antedicto quaſdam Litteras præfati D. Archiepiſ. in Pergameno Bombacino ſcriptas, & inſtetit in poſſeſſionem d. Domus, &c. Tenor Litterarum, &c. Ego Iulianus de Vulterijs Dei, & Apoſt. Sedis gratia Raguſen. Archiepiſc. Igitur Domum meam a Franciſco de Zaualarnis Ciue Britinorieñ. proprijs pecunijs emptam, teneo, ac poſſideo in Platea, donõ, & largior liberè in perpetuum præfatæ Cathedrali Eccleſiæ S. Catherinæ, & pro ea Reuerendiſſ. Patri, & D. D. Ioãni Ruffo de Foroliuio immediatè Succeſſori meo Epõ moderno Britinorien., ac Foripompilien., eiuſq. Succeſſoribus canonicè intrantibus. Dat. Romæ in Domibus noſtræ ſolitæ Reſidentiæ apud Apoſtolos anno Salutis 1505. *die* 16. *Auguſti à mea autem translatione, quæ vltima Martij fuit celebrata menſe quinto. Actum vt ſup. præſentibus ſupra nõminatis D. Michaele, D. Petro Maria, D. Alexandro, D. Rinaldo omnibus de Bertinorio teſtibus, &c. Et Ego Balthaſſar Matth. de Traſighettis de prædictis ad plenam rogat. fui, vt ſup. publicaui.* Donat. Reuerendiſſ. Epiſcopi.

M. D. V. Indict. 7. *Tempore Pont. in Xpo Patris, & D. N. D. Iulij Diuina Prouid. PP. II. die* 10. *Menſis Octob.*

Coram Venerabilibus Viris D. Michaele Bariſano, D. Thoma Brunello, & D. Petro Maria Rubino, necnon D. Matthæo Saluagiano Conciuibus Britinorieñſibus; necnon Magn. Viris DD. Simone Lucij Territ. Bertinorij, Mazzoli & Gaſpare Chriſtophori Conſulibus Britinorien. Teſtib. ad infraſcripta me Not. &c. Egregius Vir Ser Nanes de Poetis Ciuis Foroliuien. necnon Reuerendiſſ. D. D. Io: Ruffi de Theodolis Ciuis Foroliuien. Dei, & Apoſt. Sedis gratia Epiſcop. Britinorien., & Forepompilien. Procurator, &c. Actum Bertinorij, vt ſup. præſentib. &c. Et Ego Balthaſſar Matthæi de Traſighettis de Bertinorio de prædictis ad plenũ rog. fui, & interfui, propterea publicaui, &c.

Foris.

Dilecto Filio Ven. Fratris Epi Britinorien, & Foripõpilien.

pilien. in ſpiritualibus Generali Vicario.

Intus verò.

Iulius Papa Secundus. Legitur in ipſo Corpore Bullæ.

Quantum ad Epiſcopum Britinoriē., & Foripompilien. attinet conſenſum præſtitiſſe, &c. Dat. Romæ die 2. Iulij Pontificatus noſtri anno tertio 1506.

Angelus Petruccius, Epiſcopum Britinorien., & Foripompilien ſe ſubſcribit. Dat. Foripompilij ſeptimo Kal. Octobris 1513.

In ſeſſione octaua Concilij Lateranenſis ſub die 29. Aprilis Indictione ſecunda, anno 1514. Leonis X. anno ſecundo ita ſcriptum eſt

Conc. Later. ſeſ. 8.

Ven. D. Angelo Foripompilien. placet, quod placuit Domino noſtro.

In Bullis Canonici Anibalis de Ruſſanis legitur.

Dilecto nobis in Xp̄o Annibale de Ruſſanis Eccleſiæ Britinorien., & Foripompilien Canonico.

Quocirca dilectis nobis in Xp̄o Baptiſta Salagho de Rodulphis, & Io: de Spagnolis Britinorien., & Foripompilien. Canonicis Committimus ſi Reuerendiſſ. in Xp̄o Patri D. Epiſcopo Britinorien., & Foripompilien., &c. Dat. Bononiæ Anno Incarnationis 1516. Idibus Auguſti, Pont. Anno quarto Leonis X.

In Rogitibus Nicolai Melini ſtat ſcriptum *Anno 1529. Indictione ſecunda die 26. Aprilis Reu. Annibal Gaſparis Berti de Foropompilio ſuum Cōmiſſarium in Teſtamento nominat Reu. D. Io: Antonium Cagnanum in Eccleſia S. Petri de Foropompilio Rectorem*: Ita ſcriptum eſt in recipiendo Inueſtituras Inſignis Abbatiæ S. Ruphilli, & in confirmatione Priuilegiorum, & gratiarum Monialium Ciuitatis Foripompilij. ſub datum Romæ apud S. Petrum 2. die Auguſti anno 2. Pontificatus Clementis VII. fel. mem. Salutis noſtræ 1525. in quibus deſcribitur Epiſcopus Foripompilij, & Bertinorij his verbis.

Nihil-

Nihilominus diſcreto Viro Ven. in Xp̃o Patris Dei gratia Epiſcopi Britinorien., & Foripompilien. Eccleſiarum canonicè vnitarum, in ſpiritualibus Vicario, & antiq. Canonico.

Et pariter in Rogitibus eiuſdem Melini Anno 1529. & in colatione Beneficij ſimplicis S. Antonij Abbatis in Eccleſia S. Petri Anno 1540. ſub rogitu Valentini Notarij Titulus prædictus inuenitur.

In Libro Prouinciali Eccleſiarum Mundi in Cancellaria Apoſt. exiſten. a Petro Rodulpho Romæ edito anno 1595. Archiepiſcopus Rauennas cum infraſcriptis Suffraganeis deſcribitur, videlicet.

Archiepiſcopus Rauennas habet Suffraganeos, Ariminenſis, Foroliuienſis, Foropompilienſis, & alij.

In Tractatu Auguſtini Barboſæ de poteſtate Epiſcopi Romæ impreſſo, hæc tabula legitur.

Adrienſis, Comaclenſis, Foroliuienſis, Foropompilienſis, & alij omitt.

Et apud Ferdinandum Vghellium Abbatem in ſua Italia ſacra, parte ſecunda legitur.

Rauennæ Metropolis, cuius Suffraganei ſunt, Adrienſis, Ariminenſis, Foroliuienſis, Foropompilienſis, & alij.

Raphael verò Volateranus Flauij Blundi Foroliuienſis Hiſtorici Coætaneus ita ſcribit. *Poſt ruinam Foripompilij Epiſcopus ſe recepit in Bertinorio, & vnus, qui nunc vtrique præeſt.* Volat. in ſuis Hiſt.

Vnde ex præmiſſis, & alijs deſcribi poteſt, quod ſi Eccleſia Cathedralis fuit cum Clero inſtituta, vt Foripompilij ſeruatum fuit, cum omnibus reditibus, & requiſitis, quamuis iſta defecerint, tamen quod poſtea euenit non eſt conſiderandum, & per conſequens non debet perdi denominatio, attento initio congruo; imò cum ſit in potentia recuperandi omnia, & verus Titulus integer remanſerit, ita conſiderabilis erit talis Epiſcopatus, ſicut alij, prout declarat Mandotius *reg. 26. q. 4. n. 2.* Grat. diſcep. 291. n. 36. 38. 147. car. 766.

n. 2. ante finem, verſ. amplius cum ab initio.

Aduertendum eſt enim, quod licet in Epiſcopo Ventura de Abbatibus non obſeruatum fuiſſe nomen, ac Titulum Epiſcopi ad fauorem Ciuitatis Foripompilij, ſicuti conſueuerunt ſui Anteceſſores, hoc euenit propter ſchiſmam, attamen calamitas temporum non mutat, nec aufert nomen. *Bald. conſ. 322. lib. 4. & in ſua Margherita, in verb. Ciuitas. Grat. diſcep. 1. n. 396.* Etiam ſi per mille annos Ciuitas ſteterit ſine Epiſcopo, nihilominus in hoc præſcriptio non currit, dummodo limites Epiſcopales probari poſſint. *Vrſel. conc. 38. n. 34.* Optimè verò, ac euidenter detegitur ex ſequentibus Litteris Reuerendiſſ. D. Abbatis Vghelli tenoris ſequentis.

HO' traſcorſo vn certo Libretto intitolato *Rifleſſioni Iſtoriche* d' vn tal Giacomo Beſi traſmeſſomi da coteſte parti, mi è parſo più toſto vn Libello di maldicenze, che conſiderazioni, o rifleſſioni concludenti, quali, quando ſiano portate alla reale, e corteſemente ſenza offeſa d'alcuno portano ſeco l'obligatione d'auuertimento. Per quello tocca la Perſona mia, poco importa, facendo più conto, che la ſacra Rota, e le Cõgregationi di Roma non ſdegnino far conto de miei ſcritti, e fatiche, come ſi vede in più Deciſioni di materie Eccleſiaſtiche, che le maledicenze di chi con inſolenti parole vuole offuſcare la verità; e poſſo ben' io cõportare ſimile diſgracia, con la rifleſſione, che altre barbe di me ſono ſoggiacciute a ſimili incontri d'huomini arditi, e petulanti. Eſſempio ne ſiano il famoſo Baronio, & il dottiſſimo oggi viuente Cardinale Pallauicini, e così me la paſſerò con alcune conſiderazioni, che poſſano ſeruire a V. S., & a chi della ſua Patria vorrà riſpondere a tuono, e con più corteſia.

Hò letto di nuouo quanto ſcriſſi nel Tomo ſecondo

della mia Italia ſacra di Forlimpopoli, e Bertinoro, nõ vi hò trouato altro errore da ritrattarmi, che dello sbaglio fatto, o per mia traſcuraggine, o per poca cura del copiſta, o per errore di ſtampa nell'Anno della creatione di quel Fr. Roberto Reſinella, che tanto peſa al Beſi. Stà ſtampato, che ſucceſſe detta elettione, *Nonis Septẽbris* dell'anno 1364. che douea dire 1365. Anno terzo del Pontificato d' Vrbano Quinto, che così ſtà ſcritto nel mio eſtratto del Regiſtro Vaticano, non doueua recare baldanza al Beſi queſto errore d' abaco, che confeſſo volontieri, e l'emendo; anzi li darà più dificoltà, ſe con aſſerir lui alla pag. 88., e ſeguente di certi ſchiãti d'antichi documenti da eſſo ritrouati, che fr. Roberto era Veſcouo l'Anno 1360. gl' vndici di Maggio, Indittione duodecima, e del medeſimo anno, e meſe, e giorni 21. Indittione 13., errore pens' io di Stampa, queſta variazione d' Indittione nel medeſimo meſe, & Anno di Maggio, in vn picciolo Libretto, li moſtra, che *Omnis Homo currit*, e chi fà falla.

Saldata queſta partita d' abaco, con ogni ingenuità confeſſo con queſta mia, e confermo tutto quello, che hò ſcritto dell' Elezione di Fr. Roberto Reſinella per vero, e legitimamente, e fedelmente cauato dal Regiſtro, e Libro delle Prouiſioni de Prelati ſotto Vrbano Quinto, l'Anno terzo del Pontificato, e che duoi, e nõ vno furono li Roberti Veſcoui di Forlimpopoli, detto anco di Bertinoro. Vno ſucceſſe all' altro. Il primo ſucceſſe a fr. Vgolino, il ſecondo ad vn' altro Roberto, che cedette poi il Veſcouado nelle mani di Gio: Card. di S. Marcello, conforme allo ſtile della Curia, & è il medeſimo, che cederlo in mano del Papa, che hà l'autorità di riceuere le rinunzie, e creare di nuouo li Succeſſori: per fermezza di queſta autorità non cito ſchiãti d' Inſtromenti ritrouati, mà li medeſimi libri de Regi-

ſtri, e

ſtri, e Prouiſioni, & obligationi de Prelati, che ſi conſeruano nell'Archiuio del Vaticano, non confuſi, e mal traſportati d'Auignone, come dice il Beſi; mà ben diſtinti, e conſeruati, doue ſi vedrà a confuſione del ſudetto Beſi, che da me non è ſtata ſcritta, ſenon la pura verità, nè fatta vna minima alteratione nella ſoſtanza; e perche potrebbe dire queſto buon' Huomo, che dificile ſia hoggi penetrare nell'Archiuio Vaticano, ſi potrebbe chiarire con men dificoltà nell' Archiuio di S. Iſidoro quì di Roma, con farſi moſtrare da quei Religioſi vn' eſtratto cauato, e fatto copiare dal Famoſo, e già di dottrina, come per bontà di Vita Fr. Luca Vvadigno, buona memoria, che hebbe penſiero di ſcriuere di tutti li Veſcouadi del Mondo. Il Libro M. S., è intitolato di fuori *Epiſcoporum, ex libro Conſtitutionum* all'Armario ſecondo n. 36. Vrban. V. 1363. vi legerà queſte formali parole. *Britinorien. vacat per ceſſionem Roberti Epi factam in manibus Ioannis Tit. S. Marci Praesbyteris Cardinalis, prouidetur ei a Sanctiſſ. de perſona Roberti de Reſinella Ordinis Fr. Eremitarum S. Auguſtini in ſac. Theologia Magiſtri in Sacerdotio conſtituti nonis Septemb. Anno tertio.* Nel medemo libro in altro foglio ſi leggono queſt' altre formali parole, *Ex obligatione Pralatorum anno tertio Vrbani Quinti die* 13. *Septemb. Foripompilien, alias Britinorien Fr. Robertus Epiſcopus, &c.* Già era in queſto giorno conſecrato, e confirmato Veſcouo, e promiſe pagare il ſolito Suſſidio al ſacro Collegio, come anc' hoggi ſi ſtila in Curia dalli Veſcoui nuouamente eletti, e confirmati.

Da queſti medeſimi Regiſtri, e Libri ſi vede, e da eſſi eſtraſſe li Veſcoui della ſua Religione il dottiſſimo Fr. Tomaſo Nerera Spagnolo; e li portò nel ſuo Alfabeto Agoſtiniano, che ſtampò poi in Madrid l' Anno 1649. doue alla lettera R pag. 338. parla di Fr. Roberto ſu-

detto

Digitized by Google

detto del Regiſtro Vaticano con queſte formali parole, *Robertus Reſinella ſacra Theol. Magr. in Regiſtro Vaticano per renunciationem alterius Roberti in manibus Ioannis Card. S. Marci factam ab Vrbano V. non. Septemb. anno tertio Pontificatus, & Chriſti 1365. Epiſcopus Britinorien. deſignatur.* Queſti duoi Huomini inſigni, omni exceptione, hanno cauato dalli medemi Regiſtri, e Libri, da quali hò cauat' io con ogni fedeltà, non ſono appaſſionati, ne di loro ſi può dubitare; ſe poi il Beſi non crede anche a queſti, chi hà ceruello, e non hà paſſione, farà la conſequenza giuſta, e giudicarà, chi ſia degno d'vſcir di Scuola per isfuggire la mula a calze calate, e biſognarà, che confeſſi, che Fr. Roberto ſucceſſe ad vn'altro Roberto, e non immediatamente à Fr. Vgolino.

Quelli ſchianti d'Inſtromenti, che porta il Beſi coll'aſſerire, eſſere mal'aſſettati dall'antichità, per proua, che Fr. Roberto era Veſcouo del 1360. non poſſono offuſcare la Verità delli Regiſtri del Vaticano, e per eſſer male aſſettati, ſi può giudicare, che non gli habbia inteſi bene, e forſi falſificati, già che vacillano nell'Inditione, con hauerui aggiunto la parola *Fratris* per fare vn ſolo Roberto, che ſono duoi: ſe non voleſſimo dire, che queſti ſchianti ſiano impoſture, ritrouati moderni repugnanti alla Verità delli Regiſtri Pontificij, e ne ſia il medeſimo Beſi ſtato ingannato, come poco prattico de' monumenti antichi, eſſendo egli Soldato.

Fà queſto grand'Huomo vn gran rumore, perche ſcriſſi, che Forlimpopoli per la ſua diſtruttione non perſe la Dignità ſua antica di Veſcouado, giàche nelli Regiſtri non ſi trouano queſte Supreſſione, e traslatione a Bertinoro, oue per eſſere ſtata la Catedrale di Forlimpopoli rouinata, ſi ricourò il Veſcouo con il Clero: Quello hò ſcritto, non l'hò ſcritto ſenza fondamento, e con riſerua di non hauer trouata la certezza della Su-

preſſione, e Traslatione della Dignità, anzi piùtoſto in contrario, giàche il medeſimo Fr. Roberto ſucceſſo ad vn' altro Roberto nel 1365. come ſi è detto, lo confeſſa nel Documento dell' Anno 1367. a fauore dell' Arciprete di Meldola. *Nos Fr. Robertus Dei, & Apoſt. Sedis gratia Epiſcopus olim Foripompilij, ſed propter Sedis Epiſcopalis trãslationem perſonaliter Epiſcopus Bertinorij.* Vuol dire, al creder mio, che era Veſcouo di Bertinoro perſonalmente, doue haueua trasferita la ſua Sede, & habitaua per eſſere ſtata deſolata quella di Forlimpopoli, e non realmente Veſcouo di Bertinoro: mai mi ricordo hauer letto, che li Veſcoui ſi chiamino perſonalmente Veſcoui di tal Città, ò Luogo; mà aſſolutamente Veſcouo del tal Luogo; e Fr. Roberto volendo ben diſtinguere, che era Veſcouo del già Forlimpopoli diſtrutto, & era Veſcouo di Perſona, e non realmente di Bertinoro, doue per neceſſità haueua trasferita la Reſidenza, e Sede, non hauendo oue ricourarſi, per eſſere la ſua Città diſtrutta, ſcieglie il più vicino Luogo, e più cõmodo della ſua Dioceſe; ſe poi Bertinoro tractu temporis ſi è acquiſtato ancor lui la Dignità Epiſcopale, nõ ripugna, e poco importa, che Forlimpopoli habbia soſtenuta la ſua.

Per chiarezza ſi oſſerui il citato Libro di ſopra delle obligationi de' Prelati ſotto Vrbano Quinto l'Anno terzo, oue ſtà ſcritto 13. *Septembris Foropompilien., alias Britinorien. Fr. Robertus promiſit, &c.* chiamò queſto Regiſtro dell'obligationi, Fr. Roberto Veſcouo di Forlimpopoli, detto altrimente di Bertinoro, in realtà dũque era, e riteneua il titolo di Veſcouo di Forlimpopoli, benche ſi diceſſe di Bertinoro; mà in primo luogo lo chiama di Forlimpopoli. Mi ritrouo vn Libro m. s. in carta pecora ſcritto alli tempi di Bonifacio Nono, Intitolato. *Taxa omnium Mundi Eccleſiarum*, donatomi

dalla bo: me: del Cardinale Oratio Giuſtiniani per mano del Sig. Fiorauante Martinelli viuente in Roma, e fuori conoſciuto per la ſua virtù, & eruditione, doue alla lettera F. ſi legge *Foropompilien., alias Britinorien. in Romandiola, & Prouincia Rauennaten. For. CCC.*
Il Libro ſi moſtra a chi lo vuol vedere, e ne ſono molti ſimili nella Cancellaria, e Dataria Apoſtolica, & anco appreſſo altri Priuati tutti del medemo tenore.

Se queſti Libri publici, & altri priuati chiamano in primo luogo Forlimpopoli Veſcouado, perche non lo poſſo dir' io françamente, & aſſerirlo, ancorche diſpiaccia a chi non vorrebbe.

Al particolare, che dice il Beſi alla pag. 108., che io nella mia Italia ſacra habbia riportato vn pezzo di relatione fatta in Auignone nel Conciſtoro dal Legato Apoſtolico auanti ad Vrbano V. del ſucceſſo di Forlimpopoli con intitulatura adulterata del Tranſunto di quella, che la Città di Bertinoro ricercata da me mi traſmiſe. Dico ingenuamente, che non feci mai capitale di ſcrittura mandatami da gente appaſſionata, ne mi ricordo mai da Bertinoro hauer' hauuta ſimil ſcrittura; mà ſi bene quello hò riportato in queſto fatto, l'hò copiato fedelmente da vn Libro grande ſcritto in carta bambagina, che pure ſi conſerua in Vaticano nell' Archiuio d' Auignone, moſtratomi dalla buona mem. di Monſig. Contiloro all' hora Archiuiſta, ſenza alteratione ne di Titolo, ne d' vn Et; mà de verbo ad verbum, *ſicut iacet in Originali*, tanto hò riportato. Faccia il Beſi la diligenza da ſe, ò per altri di vedere il ſudetto Libro, che ſon ſicuro ſi darà vna mentita da ſe ſteſſo, eſſendo Soldato d' honore, e la darà a quello, a cui hà preſtato il ſuo nome, per offuſcare la Verità con maldicenza. Hò fatto più oſſeruationi in quel Libello, le quali tralaſcio a miglior'occaſione, poiche hauendo la penna in mano,

 mai

mai mi mancarà il modo, ſenza maldicenza, e con la verità di ſodisfarlo. Intanto V. S. può far capitale di quello hò ſcritto di ſopra, e conuenendoli riſpondere, neanche mi ſarà diſpiacere inſerire a propoſito queſta dichiaratione ad verbum, ò pregare chi ſi pigliarà cura di riſpondere a tanta petulanza, ò maldicēza di queſto buon Huomo. Con che la riueriſco, e le bacio le mani. Roma li 12. Giugno 1660. Diuotiſſimo Seruitore D. Ferdinando Vghelli.

Qui non defendit, aut obſiſt. ſi poteſt reus eſt delicti Cic. Geneſ. de reb. ægid. lib. 3. cap. 1. car. 321

Dominante Bertinorio Antonio Vbaldino, Theobaldus Epiſcopus pertulit multas erumnas, vincula, & carceres ab ipſo Antonio Vbaldino, a qua inde ſe redemit iniuria grandi auri ſumma, quam a Rodulpho de Varano mutuo acceperat, vixit ad annum 1395. teſtatur idem Vghellius in vita ipſius Epiſcopi, qui deinde fuit coactus panem quærere pro victu ſuo, & exercere munus Vicarij Rauennæ.

Non obſtat illud, quod adducitur de Domino Sancte Bando Præpoſito Britinorien., quia poſtea cum eſſet Vicarius Generalis Inſignis Abbatiæ S. Ruphilli Pompiliē. palinodiam cecinit, & contra Dominum Epiſcopum ad fauorem d. Abbatiæ accerrimè pugnauit, vt notorium eſt omnibus, & probant acta publica d. Abbatiæ, in Archiuio Abbatiali exiſtentia, quæ faciunt notorium *Borg. Caual. dec. 46. n. 454. fol. 246. Rot. d. 814. n. 4. diuerſ. p. 4.*

Non afficiunt allegatæ declarationes Abbatis S. Ruphilli ad fauorem D. Epiſcopi, quibus obſtant infraſcriptæ Litteræ Summorum Pontificum.

Benedictus Papa VII. Anno 980. ornat d. Abbatiam cum Diœceſi, & Eccleſijs recipiendo eam ſub protectione Apoſtolica, ſicuti Ortho Cæſar tertius anno 995. Alexander tertius Papa Anno 1162. confirmat prærogatiuas d. Abbatiæ a Giminigio, Honeſto, & Sergio

Epi-

Epiſcopis Pompilien. datas cum fidelitatibus, inſtitutionibus, correctionibus, & Viſitationibus.

Vbertellus Epiſcopus Pompilien. ſub die 7. Octob. Anno 1214. cum conſenſu ſuorum Canonicorum Beltramo Abbati S. Ruphilli, & Succeſſoribus, & Fratribus tunc qui ſunt, & in futurum, qui erunt, concedit, dat, & elargitur in perpetuum Plebem S. Petri in Cereto de Meldola, Eccleſiam S. Nicolai in Suburbio Meldolæ, Capellam S. Bartholomæi de Caſtro Meldolæ, Capellã de Burgo S. Andreæ Meldolæ, Capellam SS. Coſmi, & Damiani, & S. Michaelis cum Hoſpitali, & Capellam S. Mariæ de Muci, Capellam S. Laurentij de Venatria, Capellam S. Ruphilli de Lardiano, Capellam S. Andreę de Salta, Capellam S. Pancratij, Capellam S. Michaelis de Mezana, Capellam S. Marci, & Capellam S. Paterniani de Ferazano cum omnibus, &c. & cum omnibus alijs Capellis, & Titulis, tàm ædificatis, quàm ædificãdis ad ipſam Plebem ſubiacentibus, &c. Plebem S. Apollinaris in Colina, cum Capella S. Mariæ de Raualdino, & Capella S. Stephani de Calanco, Capella S. Mariæ de Carpina, Capella S. Petri de Grauignano, S. Mariæ de Alſiano, Capella S. Iacobi de Munda, & cum alijs de quibus in d. Donatione, cum hoc, quod Archipresbyteri, qui fuerint inſtituti in ſupradictis Plebibus, & Capellis, & Hoſpitalibus Abbati iurent fidelitatem, &c. Vixit Vbertellus vſq; ad Annum 1224. & d. Donatio eſt regiſtrata penes Vghellium. Sequitur Priuilegium Honoris Tertij Pontificis ſub Dat. Romæ Lateranì 3. Idus April. Pontificatus eius Anno 7., ibid. confirmata fuit ab Aymerico Epiſcopo Pompilienſi A. 1275.

Quod Ciuitates direptę poſſint ſeruare Titulum Epiſcopatus, nonnulla, & clara exempla deducam, & primum illud Tuſculi, dum ab Alexandro Tertio Ciuitas ipſa euerſa fuerit, & Fraſcatum Epiſcopali Sede tran-

Digitized by Google

olata paulò diſtante vbi prius erat conſtructa, nihilominus hodie appellatur Epiſcopus Card. Tuſculanus, licèt antiqui Tuſcoli vix intueantur pauca veſtigia. Præneſtis a Bonifatio Octauo in Columnenſium odium diruta, pauloquè longius reſtituta cum Titulo Ciuitatis Papalis, viuente verò Bonifatio Epiſcopus ſe ſubſcribebat tanquam Antiſtitem Ciuitatis Papalis, ſed ipſo mortuo Epiſcopus ſuum reaſumpſit Titulum Præneſtinen., & illud modo retinet.

In Tuſcia fuit euerſa Populonia Ciuitas; & Epiſcopalis Sedis vnà cum Corpore S. Cerboni Maſſæ translata fuit, attamen Epiſcopus Maſſæ Populoniæ inſcribitur.

Æumonia Ciuitas in Iſtria depopulata fuit, & deinde non longe conſtructa cum nouo Ciuitatis Titulo, tamen plerunque Epiſcopus Eumonienſis denominatur, & aliquando Ciuitatis nouæ.

In Neapolitano Regno plura ibi extant exempla; Aquilonia totaliter diruta, Epiſcopus tranſtulit Sedem, ac Clerum Turſim, vulgo Turſi, Terræ maximæ ſuæ Diœceſis, & quamuis reperiantur nonnulla Pauli Tertij Summi Pontificis Decreta, quod Epiſcopus appelletur Aquiloniæ, ac Turſis, nullatenus vocatur ſemper Aquilonienſis Epiſcopus, quamuis Turſenſes reclamitent, & non exiſtant Aquiloniæ contradicentes.

Aquarum Ciuitas Antiqua, vulgò Aqui, paulò diſtans a Lucerno, a Gothis fuit euerſa, & deinde vocata Vicus; attamen Epiſcopus Vici Aquarum inſcribitur.

Lubrum, vulgò Lubri, Vrbs antiquiſſima parum diſtans ab Aquis, fuit extincta, & propè reſtaurata Maſſæ nomine; tamen Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis nuncupatur, retinens nouum, & antiquum Titulum, quamuis non adſint Summi Pontificis Bullæ, quod hoc percipiant.

Caſtrum a Mare iuxta Maſſam, ſtructum fuit poſt ruinam Scagliæ vicinæ: Epiſcopus Caſtri Maris appellatur,

tur, ſed ipſe dicitur Scaglienſis, ſeu Caſtri Maris Epiſcopus. Alia extant exempla, quæ ſub ſilentio traſmitto. Pauca intelligenti, tanto magis ad fauorem Ciuitatis Foripompilij, vbi S. Ruphillus fuit Epiſcopus, ommiſſis alijs, &c. concurrunt

Bullæ Iulij Secundi expreſſæ de Anno 1505. & 1506. ſupra deſcriptæ, necnon rogitus Notariorum Britinorienſium in executione Litterarum eiuſdem Pontificis ſub 11. Iulij 1506. & olim Eminentiſſ. D. Card. Franciſci Alidoſij Legati Bononiæ ſub die 13. Decemb. 1509. Subſcriptio Angeli Petruccij Epiſcopi Pompilien. ſub Dat. Foripompilij 7. kal. Octob. 1513. Archiuũ Mag. Frãciſci Bordinij fol. 331.

Concilium Lateranenſe ſeſſ. 8. ſub die 29. Aprilis 1514. ſub Leone X. Anno ſecundo, vbi legitur, *Placet Reuerendiſſ. D. Angelo Epo Pompilien. cum reliquis, &c.*

Bullæ Canonicorum DD. Anibalis de Roſſanis, Baptiſtæ de Salaghis, & Rodulphis, Io: de Spagnolis Foripompilien., ſub Dat. Bononiæ Anno Incarnationis 1516. Idibus Auguſti, Pontificatus Leonis X. An. 1511. D. Anibalis Gaſparis Berti, D. Io: Antonij Cagnani in Eccleſia S. Petri de Foropompilio. Confirmatio Ordinis, & Gratiarum Monialium Foripompilij ſub Dat. Romæ apud S. Petrum die 2. Auguſti Pontificatus Clementis Septimi Anno Salutis noſtræ 1525., in quiqus legitur *Nihilominus Diſcretis Viris, Ven. in Chriſto Patris Dei gratia Epiſcopi Foripompilien., & Britinorien. Eccleſiarum canonicè vnitarum in Spiritualibus Vicario, & Antiquiori Canonico.* Concurrunt relata per D. Ferdinandum Vghellium Abbatem in ſuis Litteris, & in ſua Italia Sacra, de quibus omnibus ſupra, & in Libro Eccleſiarũ Mundi apud Rebuffum, & Auguſtinum Barboſam, vbi videtur, quod Ciuitas Foripompilij modo retinet ſuum antiquum Titulum Epiſcopatus; ſicuti pariter comprobatur ex Litteris confirmationis, & conceſſionis Eccleſię Dat. Romę ſub ſigillo Off. Pęnitẽtiarię 3. Idus Aug. An. 7. Clem. VII.

 S.Ma-

S. Mariæ de Populo RR. Fratrib. Tertij Ordinis S. Frã-ciſci attributæ per Comunitatem Foripompilij, ſub Dat. Romæ 11. Iulij 1506. Anno Tertio Pontificatus Iulij Secundi; apud Mag. Franciſcum Bordonum in ſuo Archiuio.

Idẽ Bordon. loco citat.

Inſurgunt pro Foropompilio Litteræ Leonis X. Dñis Antianis, & Comunitati Ciuitatis directæ, in quibus ratificat Bullas antecedentes ſuorum Anteceſſorum, necnon Ciuitatis Statuta, & Priuilegia, ſub Dat. Romæ 9. Maij 1513. Pontificatus Anno primo.

penes Secretariam publ. Ciu.

Litteræ Adriani Sexti Papæ ad fauorem Pompilienſium, vbi confirmat Bullas, Decreta Antecedentium, & ſubiungit inſuper, Quod Beneficia Eccleſiaſtica d. Ciuitatis, & eius Territorij, quæ 20. Ducat. Cameræ, ſecundum comunem exiſtimationem, valorem annuatim non excedunt, Hominibus præfatæ Ciuitatis per duas partes Concilij ipſius electis per Loci Ordinarium conferri debeant, &c. inſuper cum excluſione Mulierum ſtantibus Maſculis. Dat. Romæ 20. Aprilis 1523. Pontificatus Anno primo.

Clemens Septimus in ſuis Litteris ſub Dat. Romæ 21. Decemb. 1523. contulit Gubernium Ciuitatis Foripompilij, vnà cum eius Arce tunc Illuſtriſſ. D. Cardinali de Lorena, Pontificatus ſui Anno primo.

Auguſtinus Spinola Cardinalis cum Titulo S. Ciriaci in ſęnis S. D. Clementis VII. Papæ Camerarius Forumpompilium denominat cum Titulo Ciuitatis. Dat. Romæ in Camera Apoſt. 6. Februarij anno 1531. Anno Octauo dicti Pontificis.

Paulus Tertius confirmat Priuilegia ſuorum Anteceſſorum Pompilienſibus conceſſa, necnon cum facultate Statuta conficiendi, confectaque reformandi, ſub Dat. Romæ apud S. Petrum die 13. Decemb. 1534. Pontificatus ſui Anno primo.

Guido

Digitized by Google

Guidò Sforza Cardinalis Camerarius in plena Camera, ſub Dat. Romæ 28. Iunij 1544., 1548. dum erat Hieronymus Vecchiazzanus Epiſcopus Vulteranen., & Innocentij Card. Cybo à Secretis, Forumpompilium eodem Titulo Ciuitatis decoratur.

Pius Quartus Pontifex cum ſuis Litteris Forumpompilium Ciuitatem appellat his verbis, *Dilectis Filijs Comunitati, & Hominibus Ciuitatis Foripompilij*, Confirmans cum ipſis Priuilegia Iulij Secundi, Leonis X. Adriani VI., necnon Pauli III. ſub Dat. Romæ 12. Iulij 1560. Pontificatus ſui Anno Quinto.

Cardinalis Cornarus Camerarius ſub Dat. Romæ 1577. 17. Iulij, pariter dicta Priuilegia Pompilienſibus confirmat.

Ad effectum verò, quod nemo poſſit de prædictis Priuilegijs dubitari, Sixtus Quintus ſic ea confirmat,

Dilectis Filijs Comunitati, & Hominibus Ciuitatis noſtræ Foripompilij, Omnia, & ſingula Priuilegia, Immunitates, & Indulta Vobis per fel. rec. Leonis X. Adriani VI., Pauli III., Pij IV., & per quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros quomodolibet conceſſa, & confirmata, & innouata, Litteraſque ſuper prædictis confectas; necnon Statuta quæcunque, Conſuetudines, & Ordinationes, quatenus ſint in vſu, & Eccleſiaſticæ Libertati non aduerſentur, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque Apoſtolicæ, & perpetuæ firmitatis robur adijcimus. Decernentes illa omnia ab omnibus, ad quos ſpectat inuiolabiliter obſeruari, Vobis ſuffragare debere, ac Vos deſuper moleſtari, perturbari, aut inquietari nullo tempore poſſe. Sic per quoſcunque Iudices Ordinarios, ac delegatos, etiam Cauſarum Palatij Auditores, & Cameræ Apoſtolicæ Præſides, Clericos, & Prouinciæ noſtræ Romandiolæ Legatos, V. Legatos, ac Præſides, ſublata eis, & eorum cuilibet quo-

nis

Digitized by Google

uis aliter iudicandi; interpretandi facultate, & auctoritate, &c. Et irritum, ac inane quidquid, &c. non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris 9. Decembris 1585. Pontificatus noſtri Anno primo.

Paulus Quintus perſeuerat dicta Priuilegia An. 1606. pro Ven. Societate Batturorum Nigrorum; ſicuti pariter Gregorius XV. ſub die 24. Maij 1621. 1622. in menſe Aprilis; & in aggregatione Ven. Societatis Sanctiſſ. Trinitatis, ſub Dat. Romæ 25. Iulij An. 1624.

Chirographum Alexandri VII. fel. rec. Eminentiſſ. D. Cardinali Chiſio eius Nepoti directo, ſicuti Superintendenti Congregationis Boni regiminis pro conceſſione Gabellarum Tranſitus Forumpompilium, Titulo Ciuitatis cohoneſtatur: Et tandem Litteræ Patentales Sacræ Conſultæ ſub fęlici Regimine Clementis X. Pontificis Maximi, ſub Dat. Romę Septembris Anni 1670. & 1671. Foripompilij Ciuitatis Gubernatorem vocitant.

Non obſtant Ordinationes factæ, quia nõ ſolum Clericis Põpilienſibus, & Meldulen. traditæ, ſed omnibus petẽtibus in forma per D. Io: Andream Caligarium Epiſcopum intus Eccleſiam S. Petri Ciuitatis Foripompilij de Anno 1601. ſicuti ab Eminentiſſ. modò Cardinali Spada, tunc temporis Canonico S, Petri, Viſitatore, & Patriarca Conſtantinopolitano intus Eccleſiam Inſignis Abbatiæ S. Ruphilli his proximis præteritis Annis; ſicuti pariter ſeruatum fuit ab Illuſtriſſ. D. Guido Bentiuolio Epiſcopo in ſua Eccleſia S. Petri intus Ciuitatem Foripompilij; quia in re facultatiua non datur præſcriptio.

Quo verò ad Vicarium, Foraneum, vel Generalem, pendet ab arbitrio eiuſdem D. Epiſcopi, qui in ſua Diœceſi poteſt vtrunque facere arbitrio ſuo, vt contigit tẽpore Reuerendiſſ. Fr. Ioannis a Robia Epiſcopi dum

per-

permanebat intus Ciuitatem Foripompilij; & hoc fuit vſque ad eius obitum, poſt quem ex ipſius ordine expreſſo ſepultus fuit in ſua Eccleſia S. Petri.

Non afficit, quod dicitur de Synodo de Anno 1590. die 5. Iunij confecto Britinorij, quia Sacerdotes Pompilienſes, & Meldulenſes erant Beneficiati ſub Iuriſdictione D. Epiſcopi, ſicuti fuerunt Fabius de Nobilis de Meldula, Petrus Io: Guerdus tunc temporis Capellanus Monialium Foripompilij; Chriſtophorus de Armutijs Rector Parochialis Eccleſiæ S. Georgij, & Florius Batius Curatus Eccleſiæ S. Leonardi, omnes ſub Diœceſi Britinorienſi.

Quod è contra adducitur de Britinorien. Diœceſi, & quod colata fuiſſent Beneficia exiſtentia in Iuriſdictione Abbatiali per D. Epiſcopum, parum opitulatur eius intentioni; quia hoc peregit vigore Litterarum Apoſtolicarum ſibi directarum: ſatis eſt quod Clemens X. Summus Pontifex declaret Ciuitatem Foripompilij eſſe nullius Diœceſis, occaſione collationis Eccleſiæ Conceptionis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo intus Ciuitatem Foripompilij, vt in eius Litteris D. Epiſcopo Liuienſi directis ſub Dat. Romæ Kal. Octobris currentis Anni 1672. Pontificatus ſui anno Secundo.

Minus afficiunt depoſitiones Reu. D. Ludouici Salaghi Rectoris Beneficij S. Antonij in d. Eccleſia S. Petri intus Ciuitatem Foripompilij, & D. Matthæi Vitalis ipſius Iuriſdictionis, cuius vigore tenetur inſeruire in omnibus functionibus Eccleſiæ d. D. Epiſcopi, quia rennuẽtes poſſunt cogi, vnde deponunt in cauſa, vbi habent intereſſe, & tractant de ſe ipſos exonerando, vltra quod tanquam atteſtationes extraiudiciales nihil probant in eſſe, cum fides non faciat fidem; *Grat. diſcept. cap. 672. n. 1. vſq. ad 10. Ricc. Prax. reſol. 449. part. pr. fol. 525. & 1946. par. 5. Greg. XV. dec. 214. n. 2. Seraph. dec. 106.*

n. p.

Google

n. p. dec. 780. *n.* 1. *par. p. Diuerſorum vbi Menoch.*, addit etiam ſi fuerit Cardinalis coram Notario cum Iuramento, *Greg. dec.* 260. *n.* 5. *dec.* 298. *n.* 10. *dec.* 359. *n.* 4. *dec.* 496. *n.* 4. *Menoch. conſ.* 322. *n.* 45. *Seraph. dec.* 1280. *n.* 1.

Non obſtat prætenſa præſcriptio, nec vſus contrarius, cùm Pontificis intentio nullus Inferior elidere, aut contrario quoque vſu abrogare valeat, abſque conſenſu expreſſo Sanctiſſimi, etiam ſi vſus eſſet annorum 250. obnixum. *Rota dec*: 221. *n.* 34. 35. *par. p. recen. Grat. diſcep. cap.* 292. *n.* 36. 37. 38. 42. 66. *Vghel. Ital. Sacr. P.* 2. *de Epiſc. Pompilien*, *&* *Britinorien*.

Et cum conſtat de Summorum Pontificum voluntate, vt ex ſupradictis Litteris, & Bullis colligitur, eſt ad inſtar Sacrilegij de illorum poteſtate ambigere, ac differere: Imò de eis diſputans facit ſe Principi Superiorem, vel vult eſſe ſimilis Altiſſimo, *Leoncil. Dec. Ferrarien.* 26. *n.* 3. *&* *dec.* 194. *n.* 7.

Erud. Pōp. Cōpagnon. in ſua Reg. Picena li. 3. car. 44. 121. p. p. lib 1.

Magis ſupra enarrata comprobantur cum eo ipſo, quod Papa Summus Princeps denominat Forumpompilium, Ciuitatem, vt pluries fecit, videtur iuxta DD. ſententias ei condidiſſe omnia priuilegia, quæ Ciuitati incumbunt ex mente Inoc. in cap. *Cum ab Eccl. de off. Ordin. mar. Bald. in reg. Caſtrum*, *&* *Gloſ. in cap. extra qui ſint ribelles, in princip.* Et non ſine cauſa, quia Forumpompilium eſt vnum ex quattuor Foris a Plinio in via Æmilia deſcriptis, vbi omnibus Iuſtitia ſupeditabatur, a Mœnibus circumſceptum, a ſublimioribus, ac excelſis Turribus ornatum, prout colligitur ex donatione facta Abbatiæ S. Ruphilli ab Epiſcopo Vbertello. Deſcribitur quoque a nonnullis Foripompilij Ciuitas in primęuis temporibus varijs Suburbijs aucta, ac ornata, in executione forſan reſcripti a Senatu, Populoque Romano in Orbē, & per Prouincias Italiæ miſſi; quapro-

Plin. lib. 3. Reg. 8. cap. 14. fol. 21.

Leand. Ital Romagn. f. 173.

Compag. Hiſt. Macer. lib. 1. fol. 55.

pter

pter Virgilius

Inciditque Forum, & Patribus dat Iura vocatis. Virgil. Aeneid. lib. 5.

Modeſtinus, Paulus, Martianus, & Pauſania, inſignes Ciuitates illas exiſtimabant, quæ continebant Forum, Turres, ac Muros. Forumpompilium in ſe ipſo iuſtificationes horum attributorum continet, ac præcipuè in eius Nomine. Ad. L. ſi duas §. decet, ff. de exuſti. L. ciuil. ff. de leg. 1. & non tm ff. de re iudicata.

Et ſic ad fauorem Viuentium, & Poſterorum remanet Forumpompilium integrè conſolidatum naturali Titulo Ciuitatis, & Epiſcopali Dignitate ornatum, vt comprobat *Caſtun. Conſ. 164. n. 456. lib. 2. Menoch. conſ. 8. n. 73. Socin. conſ. 86. n. 11. 15. 16. lib. pr.*
Ex quibus, &c. ſaluo ſemper, &c.

Matthæus Vecchiazzanus I. V. D. & Aduocatus, necnon Illuſtriſſimorum DD. Antianorum, & Magiſtratus Prior.

Vidit Mr. Nicolaus Corteſius Auguſtinianus Ariminen. pro Illuſtriſſimo Epiſcopo.

Imprimatur.

Fr. Petrus Martyr Caballus Lector, & Vicarius Gen. S. Officij Arimini.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Pro=memoria ———

Nell' Archivio della Compagnia de' Cavaglieri di S. Girolamo della Carità di Rimino vi sono diverse insigni notizie sopra Forlimpoli, precisa=mente per rapporto alla distruzione di questo stesso ~~[illegible]~~ luogo allora Città ———

Digitized by Google

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO - ROMA

Digitized by Google